Fertur prima pro me, appellas. fertur secunda pro te, appello. fertur tertia pro me, appellas. fertur quarta pro te, appello. fertur quinta pro te, amplius non appello. vides quatuor appellationes, quia quilibet nostrum bis appellauit, & vides quinque sententias, pro me duas dumtaxat, pro te tres, quæ exequuntur, cum amplius appellare non possum, iuxta d. l. vni.

Aliud sit exemplum, fertur prima pro me, appellas semel. fertur secunda pro me, appellas secundò. fertur tertia pro te, appello semel. fertur quarta pro te, appello, iterum fertur quinta pro te. ecce quatuor appellationes, quinque sententias, pro me duas 1. & 2. & tres pro te 3. 4. & 5.

Vel aliter etiam redde exemplum, prima pro me fertur, appellas. secunda pro me fertur, appellas. iterum tertia pro te fertur, appello. quarta pro te fertur, appello. quinta pro te fertur. habes tres conformes, & ego duas appellationes.

Maximè

- Maximè cum necessarium non sit, ad effectum dictæ clementinæ primæ, quod tres sententiæ conformes latæ sint successiue absque alterius dissimilis finis pronuntiatione, cum satis sit eas latas fuisse in eadem causa, seu articulo etiam alternatim, aut interpolatim, vt vltra supradictos & citatos notant in specie Panormita. & Barba. in declaratione. 10. in d. clem. vni. Couar. in pract. questio. c. 25. sub num. 3. vers. quarto animaduertendum est. Decius conf. 385. Petr. Surd. conf. 102. n. 16. vbi latè. Ruin. conf. 114. lib. 5. num. 3. & generaliter in omnibus sententiis, quæ licet non sint successiue conformes, sed interpolatim tertiò prouocari non posse, tenent Decius conf. 387. iuridicam. sub num. 2. Couar. vbi proximè. quem sequitur Escacia tract. de appellatio. q. 17. limi. 1. num. 20. Anton. Gabr. lib. 2. commun. opinio. de executione rei iudi. concl. 1. ampliat. 5. num. 12. Tess. Fossan. decis. 123. tertiò prouocare num. 16.

Et sic hinc deduces, quod quomodocumque variaueris hanc calculationem, semper inuenies, quod quoties vna pars obtinuerit tres conformes, alia nec poterit alias tres habere, etiam data quarta appellatione, nec poterit vterius appellare. nam regula est vniuersalis, & vera, & absoluta, quod eo ipso quod quis habeat pro se tres conformes, necessariò sequi debet; vt altera pars bis appellauerit iam etenim dare non possumus pro vna parte tres conformes, quin alteri iam duas appellationes dederimus, vt ex propositis exemplis apparet. ac propterea cum tertiò prouocare non queit (iure repugnante) quid potest amplius expectari, nisi conformium exequutio, iuxta text. in d. clem. 1. de re iudi. & quæ passim vulgariter per Doctores.

Cognito igitur, vt à neutra parte tertiò appellari non possit, & sic quando aliquis tres sententias super aliqua causa, seu articulo conformes obtinuerit, quia cum sint conformes, & amplius non appelleretur, executioni sint mandandæ omni exceptione reiecta, vt in casibus supradictis, non committer vim iudex in illarum executione.

Et tunc illæ generaliter dicuntur conformes, quæ conueniunt in qualitate, & substantia, refert, & sequitur Ruginell. tract. de appellatio. §. 12. gl. 1. num. 10. vers. omnesque quod conformitas in substantia & effectu sit attendenda, probat Tess. Fossan. decis. 228. tres sententiæ. Decius conf. 385. sub num. 2. Escacia de appella. q. 17. limi. 1. n. 2. 1. & lib. 1. causar. civil. & crimi. c. 7. num. 457. plures alios refert, & sequitur vbi proximè num. 8. & 9.

26 Et quod conformitas adit, quando datur identitas rei, causæ, & personarum, siue

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

verè, siue interpretatiue, sequitur optimè Ruginell. d. gl. 1. num. 9. vers. hinc Soci. senten. Escacia d. limi. 1. sub num. 2. 1. cui consonat, quod sententia semper præiudicat ei, qui verè, vel representatiue est eadem persona, vt de communi opinione testantur Ruin. conf. 71. num. 5. lib. 5. Cardinal. Tusc. pract. conclus. litera S. concl. 174. num. 67. & nos suo loco diximus. & quod res iudicata dicatur quando concurrat identitas rei, causæ, & personarum. Rot. decis. 100. ex nouem num. 3. in fi. & num. 4. p. 1. diuers. fol. 35. l. & an eadem. cum l. seq. ff. de except. rei iud.

Examiniemus nunc, in quo difformes iudicabuntur, vt prohibitio locum non habeat, & in primis quando vltima sententia aliis duabus conformis & illas confirmans, adiecto tamè aliquo moderamine, aut aliqua declaratione, quæ prioribus aliquid addat, & sic quando per tertiam sententiam inferitur noui grauamen, & condemnat in id, de quo primæ sententiæ minimè tractauerit, quoniam ab hoc nouo grauamine licet iterum per

condemnatum appellationem emittere, eique est deferendum omnino, respectu dumtaxat illius, & sic noui additamenti, licet sententia, quatenus cum aliis sit conformis, exequenda est, etiam pendente appellatione ab hoc nouo grauamine, cuius respectu hæc vltima diuersa est à prioribus. ista est elegans doctrina originalis Angeli in l. vnica C. ne liceat tertiò prouocare. vbi notat etiam Cyn. & eandem sequuntur Bartholo. Soci. conf. 39. colu. 3. lib. 4. vers. capio tertiò. optimè Philip. Franc. in c. directe. de appella. num. 6. vers. tertia conclusio notabilis sit, &c. Aymon Crauet. conf. 183. ad fi. Rober. Maran. de ord. iudi. 6. p. tit. de appella. n. 270. Couar. in pract. quest. c. 25. num. 6. additio. ad Ab. in c. directe. num. 8. litera B. de appella. Castrenf. conf. 163. proponitur in facto lib. 2. Curt. iunior conf. 30. colu. 1. sequitur Crauet. conf. 183. num. 2. Decius conf. 385. iuridicam. Petr. Surd. conf. 162. Guidetus per totum. Ruin. conf. 114. num. 10. lib. 5. Rot. decis. 424. quæ est 14. de re iudi. in antiq. Bisignet. decis. 2. de re iudi. Cardi. Tusc. pract. conclus. tom. 7. litera S. concl. 172. num. 10. & seqq. Anto. Gabr. commun. opinio. lib. 2. tit. de executione rei iud. concl. 1. ampli. 2. num. 5. quem tantum referens sequitur Escacia de appella. q. 17. limi. 1. num. 3. 1. vbi dicit, quod hoc casu sententia quæ pro vna parte est appellabilis, & pro alia parte inappellabilis; non considerabitur, vt indiuidua, sed vt diuidua. & iterum ibi num. 44. & seqq.

Et facit sic intelligendus Lancelo. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 45. dum dicit, quod licet post tres conformes regulariter non detur appellatio, vt in rubro, &

t nigro,

nigro, C. ne liceat tertio prouo. tamen si in aliquo casu datur appellatio (secundum quæ Doctores ibi. & in clem. 1. de re iudi.) illa non impedit executionem conformium, nec erit locus attentatis, & sequutus Lancelotum idem etiam dicit Escacia de appell. q. 17. limi. 1. num. 1. cum sequentibus. Ioan. Andr. in c. ex parte de testi. Ioan. de Immol. in d. clem. 1. 6. nota. & tradit Ioan. Crotus in cons. 101. viso num. 11. & Andr. Barb. cons. 10. mihi videtur colu. 3. sub num. 9. vers. praterca si dicatur. lib. 1. Cardi. & post Fran. in c. sua de appella. annotauit etiam Manfr. practi. conclu. lib. 2. super attenda. cons. 166. Et hæc doctrina declaranda est, prout eam intelligit, & eleganter declarat Præful. doctissimus Couar. in d. c. 25. sub num. 6. vt procedere debeat, quando super illa noua adiectione non fuerit in 33 priori instantia, nec in prioribus sententiis actum virtualiter, tacite, nec expressè, sed tantum in vltima instantia per sententiam fuerit diffinitum, quod in dicta noua adiectione continetur. At verò si huius vltimæ sententiæ adiectio noua tacite, vel expressè fuit in primis instantiis, & sententiis tractata, examinata, & diffinita, non poterit, verè hæc vltima sententia dici prima super ea adiectione, seu nouo grauamine; sed propriè vltima, quod comprobatur ipse Couar. ex mente eiusdem Angeli in d. l. vnica.

Quæ quidem doctrinæ cum exemplificationibus inferendis, in super faciunt mirabiliter ad resolutionem illius quæstionis; an à sententiâ aduersam qualitatem habente, alia quæ prohibet, alia quæ appellationem permittit, vt scilicet quando concurrit circa diuersa sententiæ, vnaquæque qualitas secundum suam naturam operetur, de qua superius latè egimus lib. 2. c. 7. per totum, & præcipuè à num. 53. cum seqq. & suprâ, cui has applicare poteris doctrinas.

Et huius doctrinæ exemplum reddunt 35 Doctores ex Angelo, præcipuè Philip. Fran. Marant. Couar. & ferè omnes superius locis citati suis; quoties scilicet in vltima sententia facta est expensarum condemnatio, de quibus in prima instantia, nec aliis actum, nec condemnatum fuit, licet ab initio litis petita fuerint, nam quando expensæ fuerunt petita ab initio (quod intelligitur de omnibus instantiis futuris) nec fuit in prima sententia, nec aliis facta eorum condemnatio, nec absolutio, nec hætenus super expensis petitis lata est sententia, nec absolues, nec condemnans, sed in tertia instantia fertur sententia, condemnans expressè in expensis omnium instantiarum præcedentium. Ista est prima sententia ratione expensarum tam præcedentium instantiarum, quam vltimæ,

licet sit vltima, ratione causæ prin. & sic ab ea, (quatenus scilicet expensæ tangit,) poterit condemnatus appellationem emittere, cum prima sit. ita eleganter Couar. in practi. quæstio. d. c. 25. sub num. 6. vbi latè examinat exemplum appositum ab eodem Angelo, de cuius intellectu altius tractat, quia aliquatenus videtur à iuris tramitibus aberrare, tenent etiam Philip. Franc. in c. directè sub num. 5. vers. tertia conclusio. Decius in c. sua nobis 65. num. 20. vers. conclusio de appella. & ex Angel. Fran. & Marant. vbi suprâ num. 281. tenet Cæsar Contar. in l. vnica. limi. 19. num. 16. in fi. & num. 17. & seqq. C. si de momen. poss. & cum hac declaratione transiisse Senatam Pedemont. testatur Tessa. Fossa. decisi. 122. tertio prouocare. sub num. 6. vers. in oppositum & num. 7. facit etiam Salicet. in l. properandum num. 45. vers. quæro in condemnatione expensarum. C. de iudiciis. & de hoc nullum dubium esse, scribit Ill. in l. soci. num. 17. q. 5. C. eodem.

Quod & ex eo fulcitur, nam vbi petita sunt expensæ, & iudex in sententia omisit 36 condemnationem earum, quia nec absoluit expressè, nec condemnauit, tunc non censetur victum ab illis absoluisse, imò iure omissa censetur eadem condemnatio, vt tenent Anto. Immol. & Feli. in c. significauerunt de exceptio. colu. 2. per l. 1. C. si aduersus rem iudi. iuxta intellectum glossæ ibi, quem communem illic profectetur Alberic. Immol. in c. vlt. colu. si de exceptio. & faciunt quæ Feli. in c. cum inter. num. 15. de re iudi. sequitur Couar. vbi proximè. & in c. 27. num. 5. caterum hæc vera sunt, &c.

Et his illud obiter adde, quod si quis condemnationem expensarum poterit, eaque fuerit à iudice omissa, non poterit victor, pro quo lata est sententia, in principali appellare ab huiusmodi omissa condemnatione expensarum, de quo est text. in l. vlt. C. quando prouocare non est necesse, quæ quidem ita procedit, quando aduersarius victus appellat à sententia, qua damnatus fuit, quia tunc cum deuoluit totam causam ad superiorem, superuacua iudicatur isthæc victoris appellatio. vt notat per eandem l. fi. illic Iacob. Butr. B. Bal. Salicet. & Paul. de Castr. At verò secus est dicendum, quando victus 38 non appellauerit, quia tunc bene potest victor à sententia prouocare, qua ex parte omissa fuerit expensarum condemnatio, vt illas nanciscatur, quemadmodum ex d. l. vlt. adnotat Anton. Ab. Feli. & omnes in d. c. significauerunt. de exceptioni. quod, & idem esse dicendum, quoties victus appellat, à sententia limitatiuè, nempe ab eo, in quo ipsi præiudicat, non verò in aliis, tunc etenim 39

ex

ex identitate rationis poterit victor ab omissione expensarum appellare, cum appellatio victi ita limitata non deuoluat causam ad superiorem omnimodam, sed in iis dumtaxat, quæ contra se faciunt, omisso autem ipsi contraria non est, sed vtilis potius, & fauorabilis, ita declarant Panor. & Feli. colu. 2. in d. c. significauerunt. idem Ab. in c. cum Ioannes. colu. vlt. de fi. instrum. Couar. in practi. quæstio. c. 27. num. 5. vers. sed si quis, & an idem.

40 quid autem sit dicendum, quando victus appellat simpliciter à sententia, sed illam non prosequitur, vide glossam, & Doctores in d. l. fi. C. quando prouo. non est necesse. sed 41 verum hoc est, & procedit in expensis, quæ officio tantum iudicis mercenario petuntur. at verò in expensis, quæ iure actionis debentur, & petitas omisit iudex condemnare, ad 42 huc eas victor petere poterit, etiam si sententia translata sit in rem iudicatam, quia licet quoad causam principalem translata censetur, non tamen quoad has expensas nondum iudicatas, sed omittas, ita probat text. in l. 4. C. de positi. Immol. & Roman. in l. si tertius §. Celsus ff. de aqua plu. arc. sentit gl. magna in c. finem litibus. de dol. & contuma. Couar. vbi proximè d. num. 5. vers. fi. vbi ponit exemplum in expensis conuentionalibus, & quæ debentur ex contractu, & in expensis, quæ debentur ratione contumaciæ, de quo articulo vide ibi latè per eundem.

Iterum nec dicentur conformes, quando 43 in vna sit reseruatio iurium, quæ facta non fuisset in aliis, quia datur appellatio in ea parte, in qua sunt difformes, vt Alexan. docet cons. 75. in prin. & per totum lib. 7. sequitur Cardi. Tusc. practicar. conclu. tom. 1. litera A. concl. 172. n. 1. qui n. 20. post Socium cons. 67. pro resolutione num. 19. & seq. lib. 1. dicit, quod etiam si sententia secunda confirmatoria prima in eadem summa, licet reseruet iura condemnato docendi de solutione, tamen sunt conformes, & vbi faciunt rem iudicatam, non retardant executionem, secus si secunda condemnat eadem summa 44 sub conditione, puta, quatenus facto calculo tanta summa debeat, vel si facto calculo debitor sit in illa summa; quia tunc bene suspenditur executio quousque conditio purificetur, quia non sunt conformes ante eius purificationem.

Vltimis non dicentur tunc tres sententiæ conformes, quando duæ sententiæ latae sint in principali causa, & tertia super defertione. Exemplum, prima pro me fertur, appellas. secunda pro me fertur, appellas. dico ego tuam appellationem desertam, vel etiam nulliter appellationem proposuisse fertur sententia super defertione, scilicet

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

declarando appellationem desertam. quoniam licet verum sit vt duæ præfatae sententiæ sint translatae in rem iudicatam ob defectum appellationis, & ob hanc declarationem executioni mandari possunt (vt inferius hoc lib. 3. cap. 18. dicemus) quemadmodum vnica sententia, à qua non est appellatum, transfert in rem iudicatam, & ob id exequitur, tamen non sunt tres conformes, nec trium conformium priuilegio potiuntur, iuxta text. in clem. 1. de re iudi. ita determinat Rot. decisi. 417. in antiq. Rom. singul. 287. Oldral. cons. 106. Corneus cons. 14. & cons. 38. colu. 2. lib. 4. Aymon Saullia. cons. 183. colu. 1. Couar. practicar. quæst. c. 25. n. 5.

Quia sententiæ, quæ tendunt ad diuersum finem, nunquam dicuntur conformes, vt in iis terminis docent Cephal. cons. 209. per totum. Crauet. cons. 183. qui allegat Rotam decisi. 3. de re iudi. alias 21. in antiq. Corneus cons. 14. num. 38. lib. 4. vt pura quando diuersitas esset in tempore, vt quia pro me vna condemnat infra tres dies, altera infra tres menses ad soluendum, quia tunc diuersitas est in substantia, & non sunt conformes. Alexand. cons. 77. in prin. lib. 2. Cardin. Tusc. practicar. conclu. tom. 7. litera S. concl. 172. num. 26. prout etiam quando vna fertur diffinitiuè absoluens reum, quia non est probatum, altera absoluit reum ab obseruatione iudicij, vel ab illa instantia non possunt dici 49 conformes, quia vltima est interlocutoria, Bar. in l. admonendi. colu. 3. de iuric. Castr. cons. 65. viso quodam libello. in prin. lib. 1. & cons. 113. in causa qua vertitur colu. 1. lib. 2. optimè Tusc. vbi proximè n. 31. & 32. Crauet. cons. 183. in fi. Corneus cons. 14. n. 8. & cons. 38. n. 4. lib. 4. plenè Cephalus cons. 209. n. 11.

Quid autem sit dicendum, quæro, an dici possent tres sententiæ conformes, vbi latis 50 duabus sententiis sibi conformibus, tertia lata est, quæ declarat illas duas nullas fuisse, seu nulliter latas, à qua me appellante pronuntiatur quarta, quæ reuocat tertiam, & confirmans declarat validas duas illas priores, pro me latas, & non esse tres conformes constat, quia duæ priores late sunt super causa principali, tertia autem, & quarta super nullitatis articulo, prout in terminis probat Rota decisi. 424. in antiq. Sequuntur Rom. singul. 287. & Aymon Saullia. d. cons. 183. n. 3. aded vt hoc casu poterit impediri 51 executio, maximè cum sit licita appellatio ab illa quarta sententia, reuocante tertiam super nullitate latam, quoniam cum tertia sit lata super articulo nullitatis, prima dicitur & quarta, quæ eam reuocat, secunda est reuocatoria, ita firmat Aymon vbi proximè. sequitur Couar. in practi. d. cap. 25. sub

r 2

sub

sub num. 5. vers. nouo ex prima interpretatione, quæ doctrina dupliciter potest procedere, primò quando scilicet latis duabus conformibus super principali pro me, à quibus non appellasti, sed de nullitate dixisti proponendo actionem, vel exceptionem nullitatis aduersus eandem, & feratur sententia, illas nullas esse declarans, à qua ego appellauit, & mei appellationis virtute quarta pronuntietur, reuocans illam tertiam (quæ in hoc articulo prima est) declarans duas primas sententias, in causa principali pro me latis, validas fuisse, easque simul confirmans; tunc non dicentur tres sententiæ conformes, iuxta Rotæ, & sequacium decisionem. Enimvero ratio esse potest, nam primum iudicium illud super principali finitum est per illas duas sententias in eo latis, à quibus, quia non exiit appellatum, sed de nullitate dumtaxat dictum, translata sunt in rem iudicatam, licet executioni mandari non possint, quoniam hoc nouum iudicium nullitatis finiatur, & terminetur per tres conformes, in quo quidem de nullitate tantum discutitur, & ideo licet quarta sententia confirmet duas primas principales, non pronuntiat super principali iam finito, & extincto, sed super articulo nullitatis, ac propterea non facit tres conformes, ita declarat Couarr. ubi supra, num. 5. ad fi.

55 Ex quo deducitur quòd illa tertia sententia annullans priores, est prima respectu illius articuli nullitatis nouiter propositi, & alias quatuor supra se potest expectare, cum quilibet articulus possit habere quatuor appellationes, cuiuslibet partis duas, quæ faciunt quinque sententias, quousque altera ex partibus habeat tres conformes, ex his, quæ à principio huius capituli diximus. ac ideo nullum dubium est, ut possit appellari ab illa quarta sententia, reuocante tertiam (quæ est prima) annullantem priores, nam adhuc est prima appellatio vnius ex partibus, quemadmodum aliàs videmus in grauamine, nouiter illato per tertiam sententiam conformem, de quo in ceteris non est actum, cum respectu sui ipsius, & intra sui limites, hoc grauamen sit prima sententia, pariter cum licet ab eo appellari (ex iis, quæ superius diximus) appellatio inuenitur in hoc esse prima, & ceteras sententias, & appellationes vtriusque partis expectat, ita eleganter vltra supradictos post Anton. & Angel. in d. l. i. c. ne liceat tertio prouocare. docet Philip. Franc. in c. directe. colu. 3. post medium, vers. tertia conclusio, de appella.

56 Secundo modo procedere potest præfata doctrina, quoties latis pro me duabus conformibus sententiis super principali, &

à secunda fuit appellatio à te emissã, ac simul cum ea nullitatis causa proposita, & deducta, & superior tertiam declarat, qua priores duas nullas fuisse dicit, si ab hac tertia demum ego appello, cuius virtute alia fertur reuocatoria tertie, & priores simul confirmata: in hac quidem specie tres adesse conformes constat, cum mediante appellatione simul actum est de causa principali, & lata confirmatoria aliarum duarum, ac propterea non est dubium, ut respectu principalis causæ executioni sint mandandæ. nihilominus quòd ab hac quarta sententia iterum possis appellare pro illa parte dumtaxat, quatenus tangit nullitatem, quoniam ad effectum nullitatis potest appellatio, & iudicium prosequi, & de ipsa altius examinari facta executione in principali trium conformium, ita probat Aymon. Saullian. d. conf. 183. num. 3. Couarr. in practi. d. cap. 2. §. post medium.

Quod fulcitur tum ex eo, quod de nouo grauamine facto in vltima sententia conformi cum aliis superius latè probauimus, ut etiam pendente appellatione à dicta adiectione, prædictæ tres sententiæ exequantur, in quo conformes reperiuntur, & inappellabiles; tum etiam & ex eo, quoniam ad hoc ut sententiæ conformes possint exequi, non est necessarium, ut sint tres omnino conformes, cum satis sit, ut in aliquo articulo sint conformes, ut in illo, nec admititur appellatio, ex toto tit. & l. unica. c. ne licet tertio prouocare. Clem. 1. de re iud. & quæ sursum ad principium diximus. nec impeditur executio respectu illius articuli, in quo conformes reperiuntur, ita eleganter tenet Couarr. ubi proxime sub num. 5. & notant Paul. Castr. conf. 163. lib. 2. Alexand. conf. 77. colu. 1. lib. 2. Decius conf. 385. Currius Iun. conf. 30. colu. 1. ac propterea cum respectu principalis causæ reperiuntur tres conformes in casu proposito, non permittentes amplius appellare, executio non est impedienda, licet admittatur appellatio respectu illius alterius, & noui articuli nullitatis.

An autem dicentur tres sententiæ conformes, vbi tres latæ sunt, quarum prima cõdemnat in centum, secunda in octuaginta, tertia in sexaginta aureis, & has esse conformes respectu minoris summæ existimant Barb. conf. 10. lib. 1. colu. 3. iuxta text. in cap. 1. de arbitris lib. 6. Zenceli. & Card. in clem. vni. n. 2. Couarr. in practi. q. c. 25. n. 6. ad fi. quam opinionem intelligendam esse declarat, cum ille cui præiudicat diminutio quantitatis, consentit expressè, vel tacite sententiæ latæ in minori summa, & denique omnibus, quoad illam minorem quantitatem, quem ibi vide.

At

61 At simpliciter quòd sententiæ dicantur conformes respectu minoris summæ, & sint in ea exequendæ, tanquam res iudicata, Alexand. conf. 77. in causa, & live, in prin. n. 3. lib. 2. sequitur Crauet. conf. 183. num. 2. vbi etiam allegat Castr. conf. 234. proponitur in facto, vers. & quis videmus in similibus lib. 2. Curt. Iun. conf. 30. Petr. Surd. conf. 102. maxime num. 16. in fi. vbi quòd totus mundus non potest facere, quin minor summa infir maior, quia hoc est naturaliter verum, Afflict. decis. 362. vbi quòd ita tenuit sacrum Concilium. And. Barb. conf. 10. colu. 5. lib. 1.

62 Sed contrariam sententiam, imò quòd non dicantur conformes esse etiam in minori summa, nec earum potest dari executio pro conformitate minoris summæ, defendit Ill. in l. 1. §. si stipulam. colu. penult. ff. de verb. oblig. Burlar. conf. 219. num. 9. & segg. lib. 2. sed prior verior est, & huic secundæ respondent Tusc. practi. concl. tom. 7. num. 8. Crauet. d. conf. 183. quam sequitur Rot. vt testatur Aldrobaldi. decis. 241. per totam p. 1. in nouisi. & eandem etiam priorem opinionem, ut veram sequuntur Afflictis, Fossan. & alij citati ab Escaci. lib. 1. causæ iuri. & crimi. c. 2. n. 576. vers. confirmatur, & iterum in tract. de appella. q. 17. limi. 1. n. 32.

Nonnullas exceptiones, quæ trium conformium executionem impediunt, hic omitto. eius tractatum referuàs commodiori loco, vbi de executione tractemus. hic autem solum agimus, an & quando à tribus conformibus possit appellari, & an tertio appellari possit, secundum quæ hæcenus dicta sunt à princ. huius capituli. Pro cuius coronide, & perfectione illud addendum supra dictis, volo; quòd licet vnaquæque pars tertio appellare non possit super vna causa, seu articulo (vt latè à princ. diximus) tamen poterit semper adherere appellationi sui aduersarij si appellauerit, & producere iura sua, ac si ipsemet appellasset, quia quælibet appellatio est communis vtrique parti, vt per text. in l. amplior. in princ. c. de appella. vbi dicitur quòd appellatio est cõmunis etiam parti, quæ non appellauit, & auditur beneficio alterius partis appellantis, facit text. in l. fi. & ibi glo. & Doctores, C. quando prouocare non est necesse. & per argumētum l. petenda. c. de tempor. in integr. restit. & Bald. in l. sua nobis, de appella. probat Philipp. Franc. in c. directe. colu. vlti. in princ. vers. quinta conclusio, & c. Ioan. Anton. de sancto Georg. in d. c. sua nobis. n. 7. de appella. & ibi Decius num. 17. & 18. & ex Marant. idem tenet Escaci. lib. 1. causæ iuri. & crimi. c. 3. sub num. 216. vers. adde. & iterum in tractatu de appella. quæst. 17. limi. 1. à num. 50.

67 qui num. 54. declarat, & bene, vt non procedat Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

dat, quando aduersarius appellauit limitatè in noxiis dumtaxat, & quatenus contra Veltri. in prax. lib. 7. c. 3. sub n. 29. vers. amplius & num. 30. fol. 203. & Luc. Pat. in practi. Capital. lib. 5. c. 1. sub num. 19. & segg. de qua limitatione vide quæ latè diximus supra c. præcedenti. sequitur Marant. de ordi. iudi. 6. p. tit. de appell. num. 271.

Et ad ea, quæ superius diximus in prin. vt vnaquæque pars potest bis appellare super aliqua causa, seu articulo, & sic quinque dari sententias, nota quòd hodie in foro seculari raro, aut nunquam accidere potest, cum post primam, aut secundam instantiam recurritur ad suprema pratoria, vbi causæ per duas dumtaxat finiuntur, etiam si apud ea in principio inceptæ sint, iuxta l. 2. & toto tit. 19. lib. 4. recopilat. quod secus est in foro Ecclesiastico, vbi omnes gradus reperiuntur per rescripta impetrata, vt quotidie videmus.

Pro quo adnotare potes, quòd de huiusmodi duabus sententiis idem erit iudicandum, ac si essent tres conformes, & sub eisdem regulis, ampliacionibus & limitationibus, vigere debent, vt de simili statuto dicunt, in quo habere locum de. 1. de sent. & re iud. probant Parif. consil. 109. omisso pro nunc. num. 15. & post Riminal. Contrard. in l. vni. limi. 9. num. 4. vers. mouetur in fi. c. si de momen. poss. & ex Marq. & aliis latius prosequitur Escac. de appella. q. 17. limi. 1. à num. 65. cum segg. & à num. 51. & num. 55.

De exceptionibus nullitatis oppositis tribus, vel duobus conformibus, (vbi ita sit statutum) quæ si sit notoria patens ex actis admittatur, vide latè quæ nos supra hac 3. p. c. 9. à princ. vide Couarr. practi. quæst. q. 25. à num. 1. Vant. de nulli. tit. quali sententiæ & process. qui di. nulli. & num. 14. fol. 42. 1. & idem in rubr. quoties & intra quod tempus num. 3. & 5. & segg. Escacia de appella. q. 17. d. limi. 1. à num. 58. & latius q. 19. memb. 1. rem. 1. concl. 4. à num. 25. & concl. 5. à num. 23.

Et quæ sententiæ dicantur conformes, vel non, de variis ampliacionibus, & limitationibus, vide Couarr. d. c. 25. Escacia d. limi. 1. per totam. fol. 283. & segg. Marques. de commi. 2. p. c. 1. num. 4. in 2. impress. Cardin. Tusc. practi. concl. tom. 7. litera S. concl. 172.

Tess. Foss. decis. 122. per totam. vbi elegantissimè & amplissimè